



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

7. An mutus, surdus, & cæcus possint esse fideiussores? Ex p. 5. tr. 6. res.
29.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

decis. 26. num. 2. ex Bart. docet, surdo & muto curato-rem dari debere, & maximè si sit surdus & mutus à natiuitate, quod etiam docuit Sp. ad. in specie Testam.
gloss. 9. rubrica, n. 1.

RESOL. VI.

An mutus, surdus & cœcus possit succedere in feudo?
Et an mutus & surdus possit succedere in Maioratu, licet
in iurisdictione consistat, dum tamen perfectè intelligat
per signa exteriora?
Et notatur, quod casus, quod mutus à natiuitate non
possit succeder in feudo, debentur tamen ei ex di-
cō feudo alimenta, quibus possit sustentari, pro qui-
bis non tenebit aliquo modo seruire. Ex part. 5. tr. 6.
Ref. 21.

§. 1. *L*icet al. mutus & surdus non succedat in feudo tamen obseruat Spino in *specie testam.* *resta-*
menti. gloss. 9. rubrica, numer. 4. Quod si servitium
quod domino præstatut, sit tale, q. òd à quolibet sa-
na mente & intellectu posset præfari, succedit in tal-
li feudo, tenet Gregor. Lopez d. 6. idem in l. 2. tit.
15. par. 2. Hinc fit posse mutum & surdum succede-
re in maioratu, licet in iurisdictione consistat, dum
tamen perfectè intelligat per signa exteriora, tenet
Molina lib. 1. de primogenitis, *Hisp. cap. 12. num. 40.*
Sed circa præsentem questionem vide Rosenthal de
feudis, *cap. 4. conclus. 8. num. 1. & cap. 8. conclus. 8. num-*
mer. 10. cum nostro Intrigilo de feudis, ceni. 2. art. 1.
a num. 5. 4. sive ad num. 377. vbi latè pertractat hanc
materiam.

2. Nota tamen quod in casu, quo mutus à natiuitate
non potest succedere in feudo, debentur ei tamen ex
dicto feudo alimenta, quibus possit sustentari, pro qui-
bis non tenebit aliquo modo seruire. Sed hæc om-
nia procedunt in feudo recto, nam in improprio mutu-
us indistincte succedit, ut notat Menochius vol. 1.
conf. 63. n. 14. & aliij.

RESOL. VII.

An mutus, surdus, & cœci possint esse Fideiassores? Ex
part. 5. tr. 6. Ref. 29.

§. 1. *A* d hunc casum responderet Philippus Richter
tractat. de contrah. disputat. 8. thes. 1. fol.
*mibi. 2. vbi sic ait: Septima persona, que pro fidei-
assore adhiberi non potest, est mutus & surdus,*
hoc è non simpliciter accipi velim, sed illum, qui
verbis, lingua figuratis, & palam prolatis interrogare,
verborum articulos integrare, & ad interrogatio-
nes congrue respondere nequit; hunc verò qui pla-
nè nihil audit, §. *mutus. In util. stipulat.* vbi
Anton. Richard. Vinnies numer. 7. §. *item surdus. In-*
stir. quibus non est permis. facere testamentum. quorum
vtrumque tamen in stipulatione requiri nouissimi iuris
est, l. 1. §. *vñim. ff. de O. & A. l. 1. ff. de V. O.* Geddeus
de *contrah. ipsi. cap. 2. conclus. 15.* alias si quis
sine verbis stipulanti annuat, nec ciuiliter, nec natura-
liter obligatur, nec fideiassorem pro tali putatiu obli-
gatione à se datum relinquat obligatum, l. 1. §. *si quis*
ira. ff. de V. O. vbi Gorofredus in *lit. 7.* pulchritudine
explicit Geddeus *l. conclus. 5. numer. 282. & 283.*
Hodie, ut infra in hac ipsa litera demonstrabo, ius stipulationum & fideiassorum quodammodo mutatum
est, & extensum, ut probabilitate dici posse arbitrer
mutum & surdum scriptum recte posse obligari, quod
post Ioannem Ferrarium Montanum in *comment.* In-
pit. *de inutil. stipul.* etiam VVesenbeccio in §. *item inu-*

tilig. In util. stipul. & Heringio d. 14. n. 2. q. si filo
inff. c. 7. n. 149. placuit, si modo per scripturam animos
declarare possint. Valentini Franc. de fideiass. c. 1. n. 2.
Hæc tamen tum vera esse statuum, si surdus sponte ad
talem fideiassionem deueniat, alter se habet, si à No-
tario, vel quolibet alio fraudulenter ad fideiubendum
& scribendum inducatur. Alciatus in *l. sententia. n. 2.*
de transact. Cœcum quod attinet, licet ille quoque
corporis virtus labore, tamen quoniam ratione intel-
lectus, loquelæ, & auditio ipsi nihil deficit, idé-
que ipsum fideiubere posse statu, cognitum est enim
illorum intellectum aliquando in tantum se extende-
ret in artibus mechanicis, necnon in litteris ad mi-
raculum & stuporem visque excellant. Hering de fidei-
ass. c. 7. n. 159. vbi pérplura exempla referunt, quem vide.
Hucvsque Richter: cui addo Didacum de Mari in ad-
dition ad Gizzarellum dec. 26. n. 1. afferentes cœcum
non excludi à fideiassione, qui quidem de Marie ex Se-
bastiano Medices idem de illo assert, quod faci-
tem contrahendam.

RESOL. VIII.

An mutus, surdus, & cœci sint immunes à maneribus
publicis?
Et an monoculi, surdastræ, & balbutientes minime ex-
seuntur a maneribus publicis?
*Et quid, si mutus, & surdus ex solo motu labori impræ-
piant mentem loquens? Ex p. 5. tr. 6. Ref. 33.*

§. 1. *A* ffirmatiuè respondeo cum Navarro trax. de
elect. fori. scil. 2. q. 8. n. 1. o. vbi quia aliqua
notat circa mutos & surdos, ponam isti verba per ex-
tentum: sic itaque ait. In l. 1. C. qui morbo se excusat,
& ibi per Bartolum & Doctores, lumibimis capi, for-
di & muti habent excusationem à maneribus, & sic
in vitroque membro debilitati; monoculi autem, sur-
dastræ, & cæteri his similes minime excusat: facit
text. in l. honores. ff. de curat. vbi mutus & surdus in
totum non audiunt, aut non loquuntur, ab oneribus
ciuibibus excusantur, & ibi per DD. at leuis in eo, qui
tarde loquitur, aut tardè audit, l. 2. §. *mutus ad hunc*
de vocatione muner. l. fin. ff. de leg. 101. & idem dicunt
DD. vt excusationem non habeat si mutus & surdus
ex solo motu labiorum percipiant mentem loquens,
per doctrinam Bartol. in l. 1. in princip. ff. de verbis,
obl'gat. facit text. in l. mutu. ff. de editio editio,
vbi mutus dicitur, qui nullo modo potest loqui, non
autem qui potest loqui, sed gravior & ponderosè
facit text. i. qui dannum, eodem titul. vbi nominè di-
citur morbus suis, qui vicinum oculum habet; quare si
muti, & cœci licet fideiubere non possint, tamen
id intelligitur de his, qui nihil prorsus vident, audiunt
& loquuntur. Alexand. conf. 12. lib. 1. Honed. confil.
37. volum. 1. at secus in iis, qui male loquuntur &
exaudunt, ut sunt balbutientes & surdastræ. Maur. in
tract. de fideiass. cap 10. titul. 1. scil. 8. & regula illa,
quod surdus & mutus non faciunt testamentum, intel-
ligitur de surdo, qui omnino non audit, & de muto,
qui nihil eloqui potest, & non de filio, qui tarde lo-
quitur. Hucvsque Nouatus. Cui addo Gizzarellum
dec. 26. n. 4. c. 29. per tonum. vbi sic assert: Cœpi viri-
que oculi luce carentes excusationem meritorum à man-
eribus publicis, & personalibus, ex l. 1. C. qui morbo
se excusat. lib. 10. quem textum extendit ibi Ioannes de
Plates ad surdum & mutum. Sic ille. Et tandem circa
præsentem questionem ne deseras videre Sylvestrum
et Gabella s. n. 5.

RESOL.